



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs XXVI. Iudica me, Domine, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Me te colentem tu bees.

*Tu genus Isacidum conservans, summe Iehoua,
Benignitate repleas.*

P S A L M V S X X V I .

Iudica me, Domine, &c.

I*Nsontis causam, rogo, suscipe, redde salutem,
Iusticiamq; mihi.*

*In Domino spero, non unquam dextra iacebit,
Destituentq; pedes.*

*Explorans renes, cor, mentem, pectoris ima
Experiare, Deus.*

*Nam benefacta Dei spectant mea lumina, sum
Iussa tremenda colo.* (mi E)

*Non ego cum reprobis viuo, me cætibus horum
Abdico, amore tui.*

*Non ego cum prauis, Dominū ludentibus, ullum
Consilium capio.*

*Ipse lito innocuis manibus tibi iustus, ad aras
Macto holocausta tuas.*

*Nam laudes illic Domini, E miracula cuncta,
Ac benefacta canunt.*

Namq; locum sanctum sacrata diligo sedis,

Diligo

Diligo templa tua.
Ne rapiant animam, simul hos qui sanguine gau-
Ira furor quis tuus. (dent,
Auri sacra fames mentes corrumpit iniquas,
Illicitum quis patrat.
Cum mea mens igitur pura et sine crimine viuat,
Sis mihi propitius.
In sancto cœtu tibi nunc praconia fundam, &
Jubila festa canam.

PSALMVS XXVII.

Dominus illuminatio mea est, &c.

QUe metuā, Domine cū sit mihi duxquis, salquis?
Quē metuā? hic vīta arx pr̄sidiūquis mea est.
Carnibus ecce meis cuperet qui pascere ventrem,
Hostis in exitium corruit ipse suum.
Et quamvis positis castris, mihi bella minetur,
Attamen in Domino spes mea firma manet.
Hoc unum rogito, Deus, hoc te postulo solum,
Perpetuō ut maneām ciuis in ade tua.
Ut videam templum, tuacelsa altaria cernam,
Et gratos cultus, sancte Iehoua, tibi.
Tempore diffīcili, premor & cūm rebus in arctis,

G 2 Alma